

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Lignum Vitae, Ornamentum, & Decus Ecclesiæ**

In Qvinque Libros Divisvm. In quibus, Totius Sanctiss. Religionis Divi Benedicti initia; Viri Dignitate, Doctrina, Sanctitate, ac Principatu clari describuntur: & Fructus qui per eos S. R. E. accesserunt, fuissimè explicantur

**Wion, Arnold**

**Venetiis, 1595**

Aprilis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38397**

etiam suis precibus reuocauit ad uitam. In Cœnobio Blandinio, ele-  
tio, & translatio Sanctorum Vandregisili Abbatis, & Ausberti  
arque Vulfranni archipræsulum. Casini S. Ioannis Abbatis.

M A R T I I 31.

**G**vidonis] Huius uitam Surius, Tomo 2. de Sanctis, adserit, hac die.  
Eius & meminit Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. libro 3. c. 317.  
Carolus Sigonius, de Regno Italiæ, lib. 8. eius obitum reponit ad an. 1046.  
ut & Trittemius regiminis sui 48. migravit autem in oppido S. Donnini,  
& corpus Parmam delatum summo honore haberi cœptum est. Petrus Bu-  
gianus eiusdem meminit in diario quinto Hist. Monastica, correctione ta-  
men indiger, cum dicit eum die 4. Aprilis ex hac uita migrasse.

Eleuatio, & Translatio, &c.] De quibus agunt Molanus in Addit.  
ad Uuardum, & Galesinus de translatione solum, hac die. Res eorum ge-  
fas require in eorum natalitijs. Petrus de eadem translatione agit in Ca-  
talogo, lib. 6. cap. 127.

Ioannis Abbaris] De eodem agit Leo Ostiensis in Chron. Casinen. lib. 1.  
cap. 56. & 57. ubi eius gesta recenset, & hac die migrasse refert. Petrus  
item Diaconus de Sanctis Casinen. c. 34. fuit natione Capuanus, & Abbas  
Casinenis 23. ac præfuit ann. 19. & mensibus 7.

## A P R I L I S.

## C A L E N D I S A P R I L I S.

**A**VD Ambianum in pago Vvinoensi translatio Sancti  
Valerici Abbaris, cuius sepulchrum multis miraculis il-  
lustratur. Eodem die Sancti Hugonis Abbatis Bonæuallis,  
Ordinis Cisterciensis, discipuli Sancti Bernardi Abbatis.  
Gratianopoli Sancti Hugonis eiusdem ciuitatis Episcopi, qui multis  
annis in solitudine vitam exegit, & miraculorum gloria clarus mi-  
gravit ad Dominum. In Boemia, depositio Sancti Procopii Abba-  
tis, miraculis clari.

A P R I L I S. 1.

**V**vinnoensi] Sic legit Ado, at Maurolycus habet Vniacensi: Vsuar-  
dus uero die 12. Decembris, Vinoacensi legit.

Translatio Sancti Vvalerici] De qua hac die Mart. Rom. cum Baro-  
nio, Beda, Ado, Molanus in Addit. ad Uuardum. Galesinus, Mauro-  
lycus, Felici, & alij. Eius uitam adserit Surius, Tomo 2. de Sanctis. De  
eodem fustius agemus die 12. Decembris, quo eius natalis ab Uuardo an-  
notatur,

Hugo-

Hugonis Abbatis] De eodem agunt Maurolycus & Felici, hac die V.  
tamque eius breuiter describit Petrus in catalogo lib. 4.c.23. & Vincentius  
in Speculo fusiis, lib. 29.c.33.34.35. & 36.

Hugonis &c. Episcopi] Huius meminere hac die Mart. Rom. cum Ba-  
ronio, & alijs omnibus supracitatis. refertur autem relatus in album San-  
ctorum ab Innocentio Papa secundo. & uita descripta per Guidonem Car-  
thusia & Priorem ipsius Pontificis iussu, adseritur à Surio Tomo. 2. de SS. Pla-  
ta de eodem reperies in uita S. Brunonis apud Surium, T o. 5. die 8. Octo-  
ber. & lib. 3.c.1. uita & S. Bernardi Abbatis. Vincentium in Speculo, lib. 27.c.8.  
& 12. Petrum in Catalogo, lib. 4.c.22. & alios. Fuit autem natione Hispanus  
ex ciuitate Valente, ex Canonicō Cluniacensis Monachus, & Abbas  
Caslesiensis, deinde Gratianopolitanus Episcopus, & Ordinis Cartusiensis  
cooperator strenuissimus, cuius etiam habitum fertur sub uelibus Epi-  
scopali bus gestasse. Obiit anno Domini 1132. Episcopatus 52. etatis 80.

## QUARTO NONAS APRILIS.

**L**obijs, Commemoratio meritorum uenerabilium Christi Con-  
fessorum Vrsmari & Ermini, quando ab Hungaris liberati sunt  
Lobienses, per merita eorum. Toleti Sancti Bernardi primi ciuidem  
ciuitatis Archiepiscopi beneplacitis Deo actibus gloriosi, cuius cor-  
pus in Ecclesia, quam de Mezquita ad titulum beatæ uirginis con-  
seclarat, obtinuit, cunctis fluentibus sepulturam, acclamantibus uni-  
uersis, Cur nos pater deseris desolatos? Leodij, transitus beatissimi  
uiri Dei Notgeri, ciuidem ciuitatis Episcopi, cuius præclara gesta ha-  
bentur.

## APRILIS. 2.

**C**ommemoratio] De qua agit Molanus in Additionibus ad Vjsat  
dum bac die. Res eorum gestas uide in natalitijs eorumdem.  
Bernardi] Natalis huius Pontificis annotatur hac die à Roderico Te-  
letano, qui de rebus Hispaniae, lib. 7.c.4. & libr. 6. cap. 24.25. & 27. eius  
res gestas egregie comprehendit. Erat autem Bernardus Gallus, Monachus  
Sancti Aurentii Auxitani, Congregationis Cluniacensis, & postmodum  
Abbas Sanctorum Facundi, & Primitini effellus est, demum ab Urbano  
Papa II. primus Toletanus Archiepiscopus, & Primas totius Hispanie  
creatus, sedem illam gubernauit annis 44. Migravit à seculo anno 14. Al-  
phonsi VIII. Regis, qui est secundum Vasuum Christi 1140. Sepulus est in  
hoc elogio,

Primo Bernardus fuit hic Primas uenerandus.

Notgeri Episcopi] De quo Molanus in Additio. ad Vjsardum, hac  
die. Tabula uero Leodienses quæ apud me sunt lingua Germanica die 10 Ian-

ius mensis. Eius acta extare refert Molanus in Addit. ad Vuardum. Quo tempore floruerit multum inter autores controvexitur, itemque hanc om̄em ex equivocatione nominis Notgeri omnino natam suspicor. diuersum enim esse ab eo Notgero Abate S. Galli sequentiarum missalium auctore, temporum ratio indicat. Ille enim floruit anno Domini 850. & quod excorri, ut ex approbatione libri sequentiarū eius colligere licet: approbatus est enim a Nicolao Papa I. cuius creatio refertur ad annum 858. Hic vero, Episcopus creatus est Leodiensis anno 971. uel 972. mortuusque dicitur anno Domini 1004. uel 1007. aut 1008. Ideoque correctione indigere uidetur Trittemius in lib. de Scrip. Eccles. & lib. 2. c. 69. lib. 4. c. 216. de mir. ill. Ord. S. Ben. qui unum & eundem fuisse putat. at ex suometipsis testimonia errasse concinxitur: in libro enim de scrip. Eccles. dicit uixisse an. 850. & in libris citatis de uir ill. Ord. nostri centum annis post, id est anno 950. & 970. ut etiam Catalogi Episcoporum Leodiensium confirmant. Vocabatur a Demochares, Tomo 2. de sacrificio Missie. c. 37. Rogerus prima littera immutata, & Guaionis Ducus Suanum filius, quem & mortuum putat anno 1004. In tabulis autem meis Germanicus filius Ducis Suevæ appellatur, migrasseque refertur anno Domini 1007. regiminis sui 30. at si creatus est, ut auent ann. 971. sive ut Demochares uult 972. plures annos quam 30. sedisse satendum est, id est 35. uel 36. qui error, forsitan ex numerorum transpositione in impressione irrepit. Monach. quidā Herjeldensis in chron. rerū Germanicarum eius mortem reponit ad an. 1008. sic inquiens. MVIII. Notger Leodiensis Episc. obiit, cui Baldaricus succedit: cuius opinione omnium uerisimilior mihi uidetur. temporum ratione diligenter considerata: Baldaricus enim annis 11. praefuisse legitur, & eius successor S. Volboldus annis duobus, qui & mortuus est Meyer, lib. 2. Annal. Fladria referente anno Domini 1020. qui anni tredecim, si ad septem Notgeri adiungantur (mortuus enim est in principio mensis Aprilis: & ideo annus iste pro primo anno Baldarici computatur) omnino mortem eius eo anno 1008. accidisse demonstrabunt. Duo huius nominis apud Hermannum in Chron. inuenio, quorum priorem obiisse dicit anno 912. sic inquiens in chronicō antiquo. Magister Notkerus obiit. at in recentiori sic. Apud S. Gallū Notkerus Magister doctus obiit. Posteriorem uero anno 1022. cum dicit in veteri chron. Notgerus obiit. & in ultimo, Notgerus quoque Magister de S. Gallo, obiit. Et priorem quidem eundem putarem cum eo de quo Trittemius loquitur, auctore uidelicet libri sequentiarum, qui ab anno 850 quo uixisse traditur, ad 912. uiram traduxit: secundum uero diuersum ab hoc nostro Leodiensi Episcopo, cum ille referatur obiisse in S. Gallo, iste uero Leodij, ubi & sepultus est in Ecclesia S. Ioannis.

TER-

TERTIO NONAS APRILIS.

**I**N Anglia, depositio Sanctæ Burgundofotæ virginis & Abbatissæ Euoriacensis, & aliarum Sanctorum Virginum quæ sub eius cura degentes, meritis & miraculis celebres migrarunt in cœlum. In Monasterio Altouillari, translatio corporis B. Madelupi Sacerdotis.

APRILIS 3.

Burgundofore] De ea Martyrol. Rom. cum Baronio, & Molanus in Additio. ad Usuardum, hac die. Eius uitam habet, Tomo 3. Bedæ ipsi Bedæ quidem adscriptam, attamen à Iona Abbatе compositam. De eadem agitur in vita S. Columbani Abbatis, cap. 12. Floruit anno Domini 610. fuitque ipius S. Columbani discipula.

Madelupi] De quo Molanus in Additio. ad Usuardum hac die. quo autem die eius celebretur Natalis hactenus ignoro.

PRIDE NONAS APRILIS.

**H**ispali in Hispania, Sancti Isidori Episcopi, sanctitate & doctrina conspicui, qui zelo Catholice fideli, & obseruantia Ecclesiastice disciplinæ Hispanias illustrauit. Constantinopoli, Sancti Platonis Monachi, qui annos octo, & quadraginta aduersus haereticos, effractores sanctorum imaginum iniuncto animo decerterauit. Binchij, ex Monasterio Laubienfi, translatio septem Abbatum, & Episcoporum Laubiensium.

APRILIS 4.

**I**Sidori] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Usuardus, Galepinus, Maurolucus, Felici, & aliis, hac die. Eius vitam per Braulium Episcopū Caesar Augustanum conscriptam, habet Surius, Tomo 2. Reliqua de coiude in Annotationibus R. Baronij, hac die. De eius Monachatu nonnulli dubitant: scribitur tamen à Melchiore Hittorpio in eius vita, suisq; discipulis S. Gregorij Papa: & in Claustro, etiam nostro S. Benedicti Mantuanii ante annos centum depicto, in habitu Monachali, certius, & à Bugiano pro Monacho agnoscitur; cuius verò cœnobij professor fuerit cum non habeam, controversiam, hanc iudicio Lectoris dirimendam relinquo.

Platonis] De eo Martyrol. Rom. cum Baronio, & Graeci in Menologio, hac die. Res eius gestas ad fert Reuerendissimus Aloysius Lipomanus Veronensis Episcopus, Tomo 7. quas descripsit Theodorus Studita luculenta oratione. Ex catalogo Abbatum Montis Casini, à Petro Diacono conscripto, cognovimus multo ante tempora huius Platonis, Regulam S. P. N. Benedicti illis in partibus promulgatam, sub qua patre militasse fortasse hic Sæcilius: omnia tamen sub correctione à nobis apostata.

Transla-

Translatio septem Abbatum] *Huius meminit Molanus in Addit. ad Usuardum, hac die: cuius historia referatur apud Canonicos Bincheinenses in Hannonia.*

## NONIS APRILIS.

**A** pud Leodium in Monte Cornelion, obitus B. Itilianus virginis, eiusdem loci praefectae, quæ terro obitus sui die ad cœnobium Villariense translata, illic inter corpora sacra sepulta est; ubi & eius vita habetur. *Suectionis, translatio Sancti Godefridi Ambianensis Episcopi.*

## APRILIS 5.

**I**uliana] *De qua Molanus in Addit. ad Usuardum, & Galesinus, hac die: qui tamen quo floruerit tempore non resert.*

Translatio S. Godefridi] *Huius translatio facta est Suectionis, hac die per Gosleum Episcopum, anno 1138. ut notatur in eius vita apud Surum, Tom. 6. die 8. Novembris. Fuit ex Monacho & Abbe S. Marie Noningtoni, Ambianensis 34. Episcopus. Hancmo Gallosum nichil ad Octavo Idus Aprilis.*

**I**n Dania S. Gulielmi Abbatis, vita, & miraculis clari. Romæ, Sanctæ Gallæ vidua, & sanctimonialis, Symmachii Consulitis filia, cuius uirtutes, & felicissimum ad Deum transiit, Sanctus Gregorius Papa descriptis. Trecis, Sancti Vvermebandi Abbatis.

## APRILIS 6.

**G**ulielmi Abbatis] *Sive Vrileimi, de quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in Additione ad Usuardum, & Felici, hac die. Vitam eius adserit Surius, Tom. 2. Tritemius vero de uir ill. Ordin. S. Bened. libr. 3. capit. 290. eundem 16. calendas Iulij reponit. Fuit primum Monachus S. Germani Parisis sub Regula Sancti Benedicti; assumptus deinde in Abbatem S. Genouefæ ibidem, quod cœnobium Regule S. Augustini superpositum erat, Regularis aliquandiu uixit, sed postmodum à Rege Danie Vvaldemaro euocatus, priorem Regulam reassumens Abbas Roschilensis constitutus est; & bonis operibus plenus obiit an. 1202. etatis sue 98. regimini uero anno 40.*

**G**allæ viduae] *De hac Martyrologium Romanum, anno Dom. 1583. excusum, hac die. Baronius uero in Martyrologio Romano, Galesinus, Maurolycus, & Felici, die 3. nonas Octobris, quod qua id ratione faciant ignoro. Perfpicuum enim est, si prefato etiam Baronio, & Antonio Galloio, Congregationis Oratori Presbytero in libro quem de Sanctis Virginibus Romanis composuit credimus. Gallam nostram hac die obiisse; Sancto enim Gregorio dialogorum, lib. 4. cap. 13. testante, Gallæ obiit triginta diebus*

diebus ante S. Benedictam sanctimoniale: dicit enim loquens de S. Benedicta, Tertio utrem die cum ea, quæ iussa fuerat Sorore defuncta est (scilicet Gallæ) Illa uero (Benedictam intelligit) quam ipsa poposcerat die est tricesimo subsecuta. Hæc Gregorius. Cum autem praediti Baronius in Martyrol. Rom. & Antonius Gallonius loco citato, assertant S. Benedictam die sexto mensis Maij ex hac uita migrasse; omnino consequens est ut S. Gallam hac die, & non tertio nonas Octobris, defunctam fateamur; presentemq; diem eius Depositioni, quintum uero mensis Octobris Translationi, aut certè Commemorationi consecremus.

V vermebandi] Sine V vermebaldi, ut legit M aurolycus, qui de eodē, cum Molan. in Addit. ad V sūar. agit, hac die. Tempus quo floruit me latet.

## SEPTIMO IDVS APRILIS.

IN Monasterio Crispiniensi, depositio Sancti Alberti Monachi, qui accepta facultate à Paschali Pontifice peccatorum confessiones audiendi, multorū animas Deo lucratus, clarus postea miraculis obdormiuit in Domino. Huius festū plenius recolitur secunda die Maij. In Eifflia, Monasterio Steinfelt, sanctæ memorię Hermanni, qui & Ioseph propter simplicitatem dictus est, & prophetice spiritu plenus: martyrium Sancti Engelberti Episcopi Colonensis longe ante prædictum.

## APRILIS 7.

A Iberti] De eodem Mart. Romanum anno 1583. impressum, Molanus in Addit. & Annot. ad V sūardum, & in Indiculo Sanctorum Belgij; & Felici sub Alberti nomine, hac die. Eius vitam composuit Robertus Archidiaconus Austrouandie, quam recitat Surius. T. 1. Obiit die Paschæ sancto, Monachatus sui anno 50. in suo Monasterio Crispiniensi, non longè à Valencianis in Hannonia sepultus.

Hermannii] De quo Molanus in Addit. ad V sūardum, hac die; cuius uita eodem referente habetur MS. & impressa hanc scriptis quidam. Abbas eius familiaris. De eodem plura habet Petrus Cratepolius de Episcopis Germanie.

## SEXTO IDVS APRILIS.

IN Cœnobio Marcianensi, eleuatio Sancti Ionati Abbatis & confessoris Christi. Augustæ, Sancti Vieterbi Episcopi, admiranda sanctitatis viri.

## APRILIS 8.

Elenatio Ionati] Molanus in Addit. ad V sūard. & in Indic. SS. Belg. huins eleuationis meminit, hac die. Fuit primus eiusdem loci Abbat. Natalis celebratur calendis Augusti.

Vieterbi

Viterbi Episcopi] Sine Viterpi, quem hac die migrasse testatur Demochares de sacrif. Mis. T o. 2. c. 3 s. à quo numeratur nonus eius sedis Episcopus. De eodem agit & Petrus Cratepolius de Episcopis Germaniae, sed die 18. huic mensis obiisse refert. Belforestius in Catalogo Episcoporum Augustanorum eiusdem meminit. Ex Monacho & Abbatore Elefancius, Monasterii, factus est Augustanus Episcop. an. 716. migravitque an. 732. regiminis sui 16.

## QVINTO IDVS APRILIS.

IN Gallijs ciuitate Rothomagensi, Sancti Hugonis praefacie urbis Archiepiscopi, qui diuina inspiratione succensus, relictis Episcopatus habenis, à Sancto Aichadro, in Gemetico disciplinam Monachorum, & habitum, ex toto corde appetiuit, sacrificisque magistri moribus informatus, omni uirtutam genere perfectus emicuit. Cuus corpus magna reuerentia asseruatur, & fulget in Praeposita Sancti Vedasti, Haspris dicta, in Diocesi Cameracensi. In Castro Monte, transitus S. Vualdetrudis, quæ ex Sancto Vincentio uito nobili, genuit Sanctas uirgines Aldetrudem, & Madelbertam; deinde ab illo seruata charitate, separata, in Castru loco ad exercitium spirituale, multam Sanctorum uirginum militiam aduauit.

## APRILIS 9.

H Vgonis] De eo Molanus in addit. ad Vuardum, & in indiculo SS. Belgij, et Galestinus bac die Numeratur a Demochare de sacri. mis. Tomo 2. cap. 20. vigesimus quintus illius sedis Archipresul. Floruit anno Domini 720.

Vualdetrudis] siue ut nonnullis placet Valdrudis; de qua Molanus in addit. ad Vuardum, & in indiculo sanctorum Belgij, bac die. Trittemius vero de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 28 s. die sequenti eam reponit: fuit hac filia Vualberii, & Bertilie, comitum Hannonie: quibus in comitatu successit; eius soror fuit S. Aldegondis prima Malbodiensis Abbatisse; fuerunt ei & duo filii sanctitate conspicui, Landricus seculicet, & Dentelius. Sacrum velamen accepit a S. Auberto Cameracensi Episcopo in Monasterio Castru loco a se fundato: quod cenobium hodie est in primaria Hannonie vrbe, Montibus videlicet, Ecclesia Sancte Vualdetrudis, conversa in Canonicarum nobilium collegium, cuius perpetuus Abbas tunc Comes Hannonie. Comitatum deseruit anno Domini 606. Paucum de ea narrat Franciscus de Rosieres Tomo 4. Stemmatum Lotharingia historica capitali 73. folio 255.

QUARTO IDVS APRILIS.

**P**aderborni, Sancti Paterni Monachi, natione Scotti, qui urbis incendium, diu ante diuinum spiritu, inclusus praedixit, & tandem ab eodem igne in cellula sua hac die, quæ erat sexta Feria ante Dominicam Palmarum combustus est. Leodij, Sancti Norgeti Episcopi, qui ex Abate Sancti Galli in Helvetia, eiusdem ciuitatis factus Episcopus, doctrina & Sanctitate claruit. Genuæ, in Monasterio Sancti Benigni, depositio Sancti Bedæ Monachi, admiranda sanctitatis viri.

## APRILIS 10.

**P**aterni] Huus Natalem accepimus a Trittemio de mir. ill. Ordini Bene. lib. 3. c. 324: qui eius uitam breviter ibidem describit. Obiit anno Domini 1058. De eodem agit Lælius de rebus scotorum lib. 5. in fine Bedæ] Tabula cœnobij S. Benigni ad nos transmissæ, simul cum eius vita, huus Sancti festiuitatem hodiernam nobis demonstrarunt. Affectione conantur Genuenses hunc esse Venerabilem illum. Bedam toro Orbe summis, quod quam a uero, si alienum ex multis demonstratio; quod in curia Caroli Magni tunc Imperatoris multis annis manserit tam Monasticam sub Gulielmo Abbe ad Gauellum fluuium non longe ab Hadria duxerit: Socium Venerium habuerit; anno 819, hac die obiit in Italia: quo omnia Anglico Bedæ nulla ex parte conuenient; nam quam enim Venerabilis ille Beda in aula Imperatoris Caroli Magni habitasse legitur, nec poterit, cum ab omnibus historicis mortuus referatur anno 734, uel ad summum, ut Baronio placet post annum 766. neque Abbas fuit Gulielmus, sed Benedictus & Ceolfridus, quorum uita & descriptio in fine historia sue fatetur: nec quisquam historicorum unquam affirmare ausus est, cum in Italia fuisse, quamvis iniuitatus fuerit a Semp. Papa, nedum habitasse, ut clare patet ex eius Continuatori qui de eius Italiâ aduentu, lib. 1. cap. 6. sic loquitur. Quid quod fertur eum Romanum iuuisse ut libros suos vel Ecclesiasticae doctrinae conuenienter sens afficeret, vel si resultarent, Apostolico nutu corrigerent. Verum tamen quod Roma fuerit, solide non affirmo, sed eum illuc inveni & quanti penderit eum Romana sedes, ut eum tantopere debaret. Hac continuator Bedæ, qui statim post haec uerba Epistolam ad Egyppij Papa ipsi Bedæ directam, apponit. Ut omnia tamen Lector claram, oculis uideat, uitam eius ut nobis transmissa fuit, apponimus.

Liber Tertius.

131

Vita Venerabilis Bedæ ex libro vetusto Bibliothecæ  
Monasterij Sancti Benigni propè Ianuam, com-  
pendiose excerpta.

BEDA Presbyter & Monachus cum humanatum diuinatumque  
literatum Scientia, & non minus sanctitate polleret, & non solum  
in Anglia, unde oriundus erat, sed etiam in omnibus vicinarum re-  
gionum populis admirabilis haberetur, ab Imperatore Carolo Ma-  
gno summo cum honore accitus fuit, ut scilicet gratissima eius fa-  
cundia scueretur, & in arduis negotijs grauissima eius experiretur  
consilia. Ceterum cum uenerabilis vir quadraginta quinque annis  
& docendo & scribendo in imperiali curia commoratus fuisset, ne  
monasticum propositum, in domibus regum degens, perderet, ti-  
mens, & cœlesti Regi magis seruire ambiens, a turbarum frequen-  
tia multibusque semotus, Imperatorem adiit, ut cum eius pace à  
populorum stipatione ad alicuius Monasterij solitudinem sibi mi-  
grare liceret. Hac allocutione percusus Imperator, ne tanto orba-  
retur doctore, nihil prætermisit, sacras etiam infulas promittendo,  
sed non profecit. Cum igitur Gulielmi Abbatis sanctitatis famam  
didicisset, qui iuxta Gauellum fluuium non longè ab Urbe Hadriæ  
onidam cœnobio præsidebat; ad eum se contulit Venerabilis vir,  
qui cum Venerio fido Comite, a quo humanissime suscepisti, ibi,  
cum nixerunt diuino se manciparunt seruitio, orationi, contempla-  
tioni, diuinis eloqujs, sacrarumque scripturarum expositionibus  
vacantes. Composuit autem Beatus vir Commentaria super quartu-  
or Euangelia, librum actuum Apostolorum, Epistolas canonicas,  
Apocalypsim, &c, ut a multis asseritur super parabolas Salomonis.  
Martyrologij insuper & computi librum edidit, & Chronicam a  
mundi principio usque ad Gratianum Imperatorem, multos etiam  
tractatus, tam prosaico, quam metrico stilo perutiles. Prætereun-  
dam non uidetur, quod prædicto Venerio referante subiungitur  
(hic enim, quæcumq; Venerabilis vir dictabat, scripto excipiebat)  
Columba liquidem uisu mirabilis cernebatur ad cellæ fenestram  
persistere, & auribus uiri sancti, quæcumque dictare uolebat instilla-  
re, & quotiescumque oratorium introibat, cum eo simul & illa in-  
grediebatur. Cuius species alba desuper, reliquis in partibus varie-  
gate circundata cernebatur; ita ut in ea pennæ Columbæ deargen-  
tate, & posteriora dorsi eius in pallore auri n ominarentur: non du-

li a bium

bium quin in uarietate pennarum differentiam ostenderet grati-  
rum, & Sancti Spiritus donorum uarietatem. Porro cum eam uelle  
Venerius (rem non intelligens) deturbare, ait uir Sanctus: dimi-  
te eam, nec enim à Deo ad infestationem, sed ad magnam consola-  
tionem transmissa est. Post mortem uero Caroli Magni Venerabi-  
lis uir quinquenio superuixit, & diem ultimum Ecclesiasticis facta-  
mentis muniens, inter manus Abbatis & Venerij expirauit, quarto  
Idus Aprilis, ad cuius sepulchrum mirabilia operatus est Dominus.

*Translatio Corporis.*

Anno uero salutis 1255. cum tota circumiacens regio in stagnum  
& paludem deducta esset, etiam prædictum Monasterum habitato-  
ribus cœpit destitui, deficientibus sumptibus uictui necessarijs, &  
frigesciente obseruantiaæ feruore, quibus causis tanti patris ossa mol-  
lo ferè uenerabatur honore.

Contigit autem, ut quidam Monachus, fructuarius Congre-  
gationis, Ioannes de Beuilaqua dictus, natione Ianuenis, Go-  
uelli transitum faceret, qui uidens eiusdem Beati uiri tumulum  
congruo cultu destitutum, admiratus est, & intra se diu hesterni  
deliberauit clam sacras asportare reliquias, ubi maiori deuoti-  
ne colerentur; sicque cuidam sido nauiae re communicata, & ob-  
seruato profundæ noctis silentio, ex hospitio discedens, ad Ecclesiam  
accedit, & oratione præmissa ad tumulum se recipiens pol-  
la renenerer reconditis, ad proximum stagnum deuulit, nauigia-  
que se committens silenter abscessit. Pancis uero interiectis diebus  
ad Monasterium Sancti Benigni Presbyteri & martyris propelle-  
nuam, ubi dicitur, in capite fari, deueniens, ibi præciosum thelu-  
rum honorifice collocauit, ubi plures, & præcipue energumenta, fa-  
nitatis munere sunt potiti. *Hacenus de vita Bede, Genuenis, qui alio-  
omnino a nostro Anglico censendus est.*

*TERTIO IDVS APRILIS.*

**S**oles Sanctus Gregorius Papa commemorat. In Britania, Sanctus  
Guthlac confessoris, & ex Monacho, Anachorite, qui nulis mo-  
tutibus fulgens, requieuit in pace. Turonis, Sancti Agirci Albu-  
ris. Nouomi, Sanctæ Godobertæ virginis & Sanctimonialis. In San-  
cto Monasterio, aduentus Sancti Leodegarii Episcopi & martyris.  
Item Beatae memorie Reineri solitarij, qui apud Ecclesiam Oli-  
brugensem, vita, & miraculis admodum effulgit.

A 28

## APRILIS 11.

**I** Isaac.] *De hoc Mart. Rom. cum Baronio, & felici, hac die. Eis res gentilium prosequitur S. Gregorius Dialog. lib. 3. cap. 14, quas adserit Surius Tomo 2. de SS. Huins & meminit Petrus in Catalogo lib. 5. cap. 84. & Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 15. Claruit eo referente anno Domini 560.*

Guthlaci.] *De quo Molanus in addit. & annotat. ad Vuardum; Murolycus, & felici, hac die. Vitam eius adserit Surius Tomo 2. Eandem posteris tradiderunt, Fælix Crolandensis, prosa, & Gulielmus Ramefeyse, carmine heroicè, Monachi ambo Benedictini. Petrus item de Blefis libro unico eandem recensuit. Fuit autem Guthlacus nobilissimo ac Regio Britannorum Regum genere ortus, & ex Monacho cœnobij Rependonij, Anachoreta Crolandensis Silua, qui migravit ex hac uita anno Domini 706.*

Agirici Abb.] *De eodem Molanus in addit. ad Vuardum, hac die, quo floruerit tempore ignoro.*

Godobertæ] *De eadem Molanus ibidem, Galesinus; & Murolycus, & Felici, sub Cùbertæ nomine, hac die. Agit de ea. & Demochares Tomo 2. de sacrificio missæ cap. 15, sepulta est in altari S. Georgij.*

Leodegarij Episcopi] *Huius aduentus, siue receptionis reliquiarum corporis S. Leodegarij, meminit Molanus in addit. ad Vuardum, & in indiculo Sanctorum Belgij, hac item die. Latius de eodem agemus die 2. Octobris.*

Reineri] *De eodem & Molanus ibidem, hac die; & Petrus Crato polius de Episcopis Germanie.*

## PRIDIE IDVS APRILIS.

**M**onasterio Sithiu, depositio Sancti Erchembodenis Morinorum Episcopi, & Abbatis Sithiuenensis, predicationis Evangelii laude celebris. Coloniae, in cœnobia Sancti Pantaleonis, Sancti Heliæ Abbatis, duorum Monasteriorum Patris, magnæ prudentia & sanctitatis. In Monasterio Vallis Umbrosæ, depositio Beati Petri Monachi & Eremitæ, tante sanctitatis, ut sola oratione aquam exemplo Domini, in uinum conuerterit. Cauæ, depositio Sancti Alferij Abbatis Cauensis primi, miraculis clari.

## APRILIS 12.

**E**rchembodenis] *siue Erkembodenis, cuius meminit Molanus in addit. ad Vuardum & in indiculo Sanctorum Belgij, hac die. De eo item agunt Jacobus Meyerus lib. 1. ann. Flandriae ad annum 742. & Demochares*

charies de Sacrif. miss. e, Tomo 2. cap. 17. a quo notatur septimus eius sed Episcopus, concordatq; cum Meyerō de mortis anno 742. scilicet: in quo videtur errasse Molanus in Indiculo SS. Belgij, qui mortem eius ponit anno 734. Variat & Demochares in nomine, Erbrenobo enim, corrupte satis, ab eo uocatur, nisi fortè fallax sit impressio.

Heliæ] Notatur huius natalis, hac die à Trittemio de uir. ill. Ordin. S. Bened. lib. 3. cap. 241. Extitit Abbas Sanctorum Pantaleonis, & Mari- ni, moriturq; anno 1042. sine 1043, ut uult Lesleus, lib. 5. de gestis Scotorum, qui de codeni agit.

Petri Monachi] Tabula Vallis Umbrosæ de eodem agunt, hac die, quæ dicunt eum obiisse, anno Domini 1098.

Alferii Abbatis] Tabula Cauenses, hac die eundem reponunt: Res eius gestas à Ioanne Monacho conscriptas, adfert Surius, Tom. 2. Extant eadem, & in Monasterio Cauensi litteris Longobardicis exaratae. Easdem fuisse prosequitur D. Alexander Neapolit. in Chron. Cauensi MS. à c. usq; ad 29. Fuit natione Salernitanus, ex nobili Papagallorum familia, & migravit à saeculo an. 1050. et atque sine 120. cū Monast. Cauen. prefuisset ab an. 980. quo illud cœnobium in Fenestra Mont. Eremo in Metelliani Cava sub S. Trinitatis noīe fundarat, vsq; ad prefatū an. 1050. Dubitat Surius de Canonizatione huius S. Alferij, & aliorum trium Abbatum Cauensia, Petri, uidelicet, Leonis, & Confabilis; At in numerum Sanctorum relatós esse didicimus ex Epistola admodum R. P. D. Victorini Manso ab Aueria, tunc temporis Abbatis Cauensis, qui anno 1589. ad Comitiam generalia Ordinis accessurus, declarationem Canonizationis eorundem, ab Illustriss. & Reuerendiss. S. R. E. Cardinalibus, super interpretationem & executionem Sacri Oecumenici Concilij Tridentini deputatis, nisi eorum affectibus impetravit. Subiiciemus autem hic eius Epistolam ne impositi- nis alicuius nota arguamus, quæ talis est: A punto in quelli istessi giorni, che V. P. mi scrisse, uolorno al Cielo quei quattro Santi Padri, di cui già sono Vite autentiche, che siano Santi; et si potrà ponere al primo, Fundator; Et primus Abbas Congregationis Cauensis; & al Terzo, cioè, al Santo Pietro Abate, Abbas Monasterij Cauensis, & dux sine institutor proprijs monitis plusquam trium millium Monachos, &c., come meglio li parerà, poi che nella sua Legenda si natta, eh'egli, con le proprie mani, diede l'habito à più di tre millia Monaci. Altro per adesso di certo non mi occorre, ma bene li raccomando questi quattro, & che dia presto complimento al tutto, perché ho giudicato l'una, & l'altra uox opera degna, & di molto honore alla Congregatione, si che io farò sempre pronto à far riconoscere il

vostro merito. Il nostro Signore la conserui, Dal sacro Monasterio  
Cauense, li 28. di Settembre 1589.

Di V. P. M. V. Affectionatissimo

D. Vittorino.

IDIBVS APRILIS.

IN finibus Aruernorum, Sancti Martii Abbatis Aruernensis, & cōfessoris, cuius laudes texuit Sanctus Gregorius Turonensis Episcopus. Camalduli transitus B. Iacobi de Certaldo, magnæ abstineniae uiri.

APRILIS 13.

Martii] De eodem Felici, hac die. Galefinius item sed nomen confundit, Martinum vocans; at Martinum debere scribi, tum ex Gregorio Turonensi de uita Patrum, cap. 14. tum etiam ex Surio, qui hāc eandem Gregorij adserit, Tomo 2. edicti sumus. Floruit anno 570. & aetatis anno 90. obiit. Agit de eodem Trittemius de uir. illust. Ord. S. Bened. libro tertio, cap. 27.

Iacobi de Certaldo] Tabula Camaldulinae, eius transitu, hac die affigant. Res eius gestas describit D. Augustinus Florent. parte secunda Hist. Camald. libro 2. cap. 7. Obiit anno Domini 1292. Religionis assumpta 60. Eius uitam descripsit sermone Latino Raphael Maffei Volaterranus. De eodem agit Silvanus Razzi in uitis SS. Ethuria. Fuit filius Albertini Equitis de familia Guiti.

DECIMO OCTAVO CAL. MATH.

Vgduni, Sancti Lambertii Episcopi, & confessoris, doctrina, & sanctitate conspicui.

APRILIS 14.

Amberti] De eo Molanus, hac die. Res eius quas fecit recitat Angral dus Monachus Fotanellæ in uita S. Ansberti Episcopi, que est apud Surium, Tomo 1. die 8. Februarii. Agit de eodem Trittemius de uir. illi. Ord. S. Bened. libro 3. cap. 96. in uita Sancti Vuandregisili Abbatis, & libr. 4. cap. 61. Errat tamen in nomine Episcopatus: cum enim prius dixisset, libro 3. cap. 96. cum fuisse Archiepiscopum Lugdunensem, & reliè, diligentia sua immemor, hoc cap. 61. lib. 4. Bituricensem Archiepiscopum constitutus, cum in toto Catalogo Pontificum Bituricensium nullus reperiatur hoc nomine, corrigendus est ergo, & loco dictionis Bituricensis, Lugdunensis apponenda. Notatur à Demochare de Sacris. Missa, To. 2. cap. 27. diuersimodè: secundum enim Catalogum Campagii est 43. in ordine: iuxta uero denumerationem Leonardi Saraceni, a quo Landeber tus, nominatur, quadragesimus: ab utrisque tamen datur Sancto Gene-

Li 4 sio

sio successor; qui *Genesius* perperam, à Trittemio de *nir. ill. Ord. S. Bened.*  
*lib. 3. cap. 201.* & *lib. 4. cap. 58.* scribitur *Archiepiscopus Bituricensis*, im-  
*memor uerborum suorum, que in vita S. Vuandregislī Abbatis, libro 3.*  
*cap. 96.* dixerat, *Sanctum uidelicet Lambertum, ei in Lugdunensi sede suc-*  
*cessisse, caueatur igitur error iste, reponaturque integrati Trittemini.*  
*Fuit autem S. Lambertus Taruanensis natione, Monachus, & Abbas*  
*Fontanellæ post S. Vuandregislum Abbatem, & demum Archipresul*  
*Lugdunensis, circa annum 660.*

## DECIMOSEPTIMO CAL. MAI.

**I**N Reomago cœnobio, Sancti Siluestri Monachi, discipuli Sancti  
 Ioannis confessoris. Camalduli, depositio B. Iacobi Eremitæ. Eo-  
 dem die in Monasterio Sancti Galli, prima translatio Sancti Othma-  
 ri Abbatis de sepulchro suo ad Oratorium S. Petri. Eboraci, eleuatio  
 S. Osualdi Episcopi, & confessoris.

## APRILIS 15.

**S**ilvestri] De eodem Molanus in Add. ad *Vñuardum*, hac die. *Eius ma-*  
*gistrum uiam repieres die 28. Januarii. Huic festū reponit Trittemius*  
*de Vir. illust. Ord. Sancti Benedicti, lib. 3. c. 275. 15. cal. Maij.*

**I**acobi Eremitæ] Ex Calendario impresso RR. Patrum Camaldulensia  
*S. Marci Mantua, huic natalem cognoui, de reliquo mihi obscurus est.*

**T**ranslatio Sancti Othmari] De qua agitur in uita eiusdem c. 5. apud  
*Surius, Tom. 6. die 16. Nouembr. Facta autem fuit hac die, qua erat*  
*Parasceues Domini Nostri Iesu Christi.*

**E**leuatio S. Osualdi] Facta refertur, hac die, à Matthæo *Vñesi-*  
*misterienſi in floribus historiarum, ann. 1002.* qui erat ab ipsius morte de-  
 cimus, ad Aeldulpho Eboracensi Archiepiscopo, ipsius S. Osualdi suc-  
 fore; qui sacras eius reliquias in theca, quam preparauerat honorifice-  
 condidit.

## DECIMOSEXTO CALENDAS MAI.

**I**N Sicilia iuxta castellum bonum, sub Mōrone monte, ac gemel-  
 lis collibus, in cœnobia Sanctæ Mariæ à partu, depositio Sancti  
 Gulielmi confessoris. In pago Constantiensi in Britannia minori, San-  
 ctorum Paterni-Episcopi Abrincensis, & confessoris, ex Abbae-  
 scisiciacensi: & Scubilionis Abbatis. Bracare in Hispania; Sancti Fr-  
 etuosi Archiepisc. summa doctrinæ, & admirandæ sanctitatis uin-

## APRILIS 16.

**I**n cœnobio S. Mariæ a partu] Quod aliter uocatur S. Maria de *Ba-*  
*dunari;* fuit fundatum ab Ula, rxore Loannis Graffai, Partamie Dom-  
 ni, circa annum 1190.

G4.

Gulielmi] De quo Molanus in addit. ad Usuardum, Felici, Galesinius,  
& Maurolycus hac die. Fuit iste Gulielmus Monachus eiusdem cœno-  
bi, sed quo claruerit tempore ignoro.

Pateñi] De eodem Alolanus ibidem, & Felici, hac die. Eius uitam fi-  
deliter conscriptam adfert Surius Tomo 2. de Sanctis. Agit de eodem pau-  
ca admodum Robertus Cœnalis Episcopus Abrincensis, de re Gallica lib.  
2. perioche 6. Vocatur autem hic Paternus lingua Gallica, Saint Poix,  
ad differentiam alterius Paternii Venerice ciuitatis Apostoli, qui dicitur,  
Saint Pater. Notatur vero a Demochare de sacrif. Missæ Tomo 2. cap.  
21. quartus illius sedis Episcopus; floruit circa annum Domini 560. obiit-  
que anno etatis. 70. regiminis sui 13.

Scubilionis] Vita S. Paterni apud Surium notat hunc eodem die  
quo S. Paternus cuius erat discipulus, migrasse. Hunc Felici Scubicionem  
appellat.

Fructuosi] De eodem Alphonsus de Villegas in flore Sanctorum Hi-  
spanie, hac die. qui eius vitam copiose satis describit. Thesaurus item Con-  
cionariorum Tomo 2. Agunt insuper de eo Ambrosius de Moralibus, in  
Chron. Hisp. lib. 12. cap. 33. & 35. Vasces in Chron. ad annum 655. &  
F. Alphonsus Ciacon de priscis Ieiunijs cap. 8. Ex Abbe Dumensi,  
creatus est Archiepiscopus Bracarense a Patribus Cœciliij Toletani deci-  
mi, in locum Petramij Episcopi qui non sine multis aliorum Sanctorum Pa-  
tronum lachrymis ac suspirijs, propria atque ultranea confessione, se ab ad-  
ministratione sui Episcopatus semouerat, quod tactu fæmineo sorduisse.  
Vnam omnes hoc tempore uitam Ecclesiasticam professi, hoc peccatum  
perinde abhorserent, aut humana fragilitate commissum, pari penitentia  
contenderent expiare. Sanctus vero fructuosi regio stigmata clarus, mul-  
torum cœnobiorum Pater ac fundator, migravit a seculo circa annum  
Domini. 664. Corpus eius requiescit in Ecclesia S. Iacobi de Compostella.  
Scriptit ut author est Moralius, Epigrammata quatuor, & Epistolam  
vnam ad Recessuindum Regem. Citatur eius, auctoritas a Gratiano de conf.  
dij. 5. cap. Carnem.

#### DIECIMO QUINTO CAL. MAII.

Cordubæ, Sanctorum martyrum Heliae Presbyteri, Pauli & Iſi-  
dori Monachorum. Hic duo florenti ætate, ille iam senex, pa-  
tria Lusitanus, admiranda sanctitate vir pro fide necati, coronatur.  
Cisterciij in Gallia; Sancti Stephani Abbatis, qui primus Eremu Ci-  
fleriensem incoluit, & Sanctum Bernardum cum socijs ad se ve-  
nientem, latet exceptit; quoram scitu Monasticam obseruantiam  
testitutam, in prosperos fæliciter propagauit. Sonegias, natalis San-  
cti.

Et Landrii quondam Metensis Episcopi, Abbatis & confessoris, nobilitate, & sanctitate præclari. Eodē die, S. Valfridi Abb. Deo dilecti.

APRILIS 17.

**H**elia alias Helei, ut Vguardus, hac die, seu Eliæ, ut Eulogius in memoriale Sanctorum, lib. 3. cap. 15. qui eorum gesta recenserat, passimque ait Aera 894. nempe anno Domini 856. Eorum item vitam describit Alphonse in flore Sanctorum Hispanie. De iisdem Vasen in Chronico, sed fallitur de tempore martyrij. Ambrosius de Morales in Chron. Hispan. lib. 4. c. 14. Eorum etiam memoriam agunt, hac item die Martyrol. Rom. cum Baronio, Galesinus Manrolycus, Felici, & alijs.

Cisterci] Cenobium est in Burgundia, fundatum ab Othono, sive Eudone II. Duce Burgundie, circa ann. 1070.

Stephani] De quo Mart. Rom. cum Baronio, hac die. De eodem plura in vita SS. Bernardi, & Roberti Abbatum. Eius & meminit Vincentius in Speculo, libr. 26. cap. 1. & 2. Ad hunc venit ad conuersationem S. Bernardus anno 1113.

Landrici] Eius meminuit Molanus in Addit. ad Vguardum, & in Libculo SS. Belgij, hac die. Fuit filius Sanctorum Vincentij, & Valdernis Comitum Hannonie, qui resignato Episcopatu Metensi, post patris obitum factus est Abbas in Senogia Hannoniae, ubi cum patre quiescet in codem Cenobio, quod conuersum est in Canonicorum collegium.

Vvalfridi Abb.] De eo item Molanus loco citato, hac die: & Tribunius de ur. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 281. Fuit Abbas Palatioli, quod iamdudum esse desit.

## DECIMO QVARTO CAL. MAI.

**C**ordubæ, Sanctissimi martyris Perfecti Monachi, & Presbyteri. Hic ciuis Cordubensis in Monasterio Sancti Acischi, nobili eruditione, ecclesiasticisque disciplinis institutus, & Arabici sermonis usu literatè peritus, cū eam ob causam Mauris notus admidum esset, de Christo, & Mahometo, testimonium proferre aliquando iussus, expositis, exaggeratisque nefariis istius facinoribus, explosaque doctrina, Christi diuinitatem liberè professus, à Mauro à cohorte comprehensus, ad Iudicem raptatur, cuius iussu compedibus vincitus, in ergastula truditur: vbi in vigiliis, orationibus, aie- iuniis frequens, Spiritu sancti virtute, roboratus, liberius, fortioris que animo sententiam suam confirmavit. Itaque multis post mensibus è carcere educitus, constantissima Christi confessione, Mahometis cultum detestans, gladio percussus, coronatur. In Montibus Hannoniae, depositio Ayæ Comitissæ Hannoniae, tam sanguine, quam vi-

ta

et præclarè, cuius etiam memoriam facit Ecclesia Montensis in Litanijs. Eodem die B. Bartholomæi Conuersi Vallis Vmbrosæ, sanctitatis eximiæ. Fulde, Sancti Rotulphi Monachi, & martyris ab Hungaros occisi.

## APRILIS 18.

**P**erfecti] De eodem Mart. Rom. cum Baronio; *V*suardus, *M*aurolycus, & *F*elici, hac die; *G*alesinus item sed uariat in nomine. *P*raefatum enim eum vocat. *H*uius martyrium egregie descripsit *S. Eulogius* in memoriali Sanctorum, lib. 2. cap. 1. Item idem in Documento martyriali. Incidit illius passio æra 888. qui erat annus Christi 850. Feria sexta.

**A**yx] Siue ut alijs placet Agie: de qua Molanus in Addit. ad *V*suardi, & in Indiculo SS. Belgij, hac die. *Eius* & meminit *Franciscus de Resiges*, Tom. 4. Stemmatu Lotharingiae, Hist. Capitali. 73. fol. 255. Fuit Agia Brmulphi, Fratris Valberti 4. qui fuit pater *S. Uualdetrudis*, filia, vxorq; *S. Hidalphi* Dux Lobiensis, qui postea factus est primus Abbas, & Episcopus eiusdem loci, cuius permisso ingressa cœnobium Castrilocense à *Sancto Uualdetrude* conditum, & ab ipsa plurimum locupletatum & auctum, in eodem miraculis clarens obiit anno 618.

**B**artholomæi Conuersi] Tabule Vallis Vmbrosæ de eodem agunt, hac die, referuntq; obiisse anno Domini 1420.

**R**otulphi Monachi] De quo Calendarium meum Germanicum, hac die. *Eius* martyrium explicat Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 322.

## DECIMOTERTIO CAL. MAI.

**R**ome, Sancti Leonis Papæ I X. uirtutum & miraculorum laude insignis, inter cuius miracula hoc unum numeratur, quod dum Romæ ageret, tertio quoque die a Laterano in Vaticanum nudis pedibus, tribus tantum clericis comitatus, silentio noctis procedere psallendo, atque orando solitus fuerit. Cantuarie in Anglia, Sancti Elphegi Archiepiscopi & martyris. Is, non obscurò loco natus, paterna neglecta hereditate, primo in Monasterium, deinde quo liberius in diuinis contemplationibus conquisceret, in solitudinem se abdidit; quo, peruagata illius sanctitatis fama, maximus ad eum factus est concursus nobilium hominum, salutis consilium experientium: mortuo autem Vintonie Episcopo, in illius locum suffectus est diuino admonitu; indeque ad Archiepiscopatum Cantuariensem vocatus, occupata per Danos Anglia, ob pietatem uaria ab illis cruciamenta perpessus, demum, securi capiti infixa necatus, martyri corona donatur. In cœnobio Lobensi, depositio Sancti Ursiniani Episcopi, & confessoris, qui prædicationis munere, permultos ad fidem

fidei Christi perduxit, & miraculis clarus, qui uuit in Domino.  
In Blandinio Monasterio, eleuatio corporis Sancti Florberti, primi  
eiusdem cœnobii Abbatis.

APRILIS 19.

**L**eonis Papæ IX.] De quo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in  
addit. ad Vñuard. Galesinus, & Maurolycus, hac dicit Carolus Sig-  
nius de Regno Italæ lib. 8 ad annum 1054. eius natalem reponit, decimo-  
sesto et al. Maij. Eius res gestas testatur Molanus inuenitur in cœnobia S.  
Adriani in Geraldii Monte, libris duobus. Itinerarium eius descriptum An-  
selmus Monachus Remensis, ut testatur Siegbertus de ill. script. cap. 153.  
Acta eiusdem prosequuntur Platina, Paninius, & alij, qui de Romanis scri-  
psere Pontificibus. Fuit genere Alsata, Bruno, ante uocatus, referenteque  
Tritemio in Chronico Hirschvagie, & Fratre Francisco Tuanex Monacho  
Benedictino Hispano, in Epitome uirorum illustrium Ord. S. Benedicti, id  
confirmante, Monachus primum Tullensis, deinde eiusdem sedis Episco-  
pus, postrema Papa Leo huius nominis nonus. Constitutiones eius & ege-  
giæ facta fuisse recenter Galesinus hac die in suo Martyrologio. Quan-  
tum federit in Petri Cathedra, quoue anno migravit a seculo, diximus in tra-  
ctatu de Summis Pontificibus Ordinis nostri. De eodem agit & Petrus  
in Catalogo lib. 4. cap. 65. & alij infiniti, quos breuitatis causa prete-  
rimus.

**E**lphegi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, aliquæ superscripti,  
Maurolyco solo excepto, hac die. Res eius præclaræ gestas posteris reliqua  
Osbernus Monachus, Cantuariensis, quas adserit Surius Tomo 2. Item  
item in Catalogo lib. 2. cap. 12. Tritemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap.  
237. & lib. 4. cap. 113. & Vincentius in speculo lib. 25. a capite primo, ad  
nonum exclusive. Agitur & de eodem in uita S. Anselmi Episcopi ab Eli-  
nero conscripta, quæ extat apud Surium, Tomo 2. die 11. cal. Mai. Nove-  
ratur a Polydoro Virg. in hist. Angl. lib. 8. 27. Episcopus Cantuariensis, sed  
28. fuit, Damianus enim Episcopus. 7. ab eo omittitur, ut alibi diximus,  
annusq. eius martyrum notatur, Canuti Regis, nonus, qui est a Christo 1023  
atatis sue 19. & Episcopatus 6. Corpus eius post annos decem incom-  
ptum repertum, usque ad hac nostra calamitosa tempora duravit, & te-  
gens Sanguinis, & corporis illibata integritas.

**V**rsimari] Eius meminere Mart. Rom. cum Baronio; Maurolycus, &  
Felici, hac die, Vñuardus autem, Molanus, & Galesinus, pridie huius die  
sequuntur Ratherium Episcopum Veron. uitæ eius scriptorem, qui ait eum ve-  
grasse eo die. Hanc habet Surius Tomo 2. de Sanctis hac die. Confirme-  
tur & a Jacobo meyero in Annal. Fland. lib. 1. ad annum 713. quie-  
no, &

no, & hac item die mortuum dicit. Recitantur a R. Baronio, & Molano in suis notis, & alii scriptores rerum gestarum huius Pontificis, quos ibidem reperies. Molanus item pluribus in indic. Sanct. Belgij. Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 157. & lib. 4. cap. 174. Errat tamen cum ait cum obisse, nono cal. Maij. Nonissime omnium uitam eius, & aliorum illius & nobis Sanctorum, Heroico carmine decantauit, Dominus Augustinus Bon temps. Attrebas, illius cœnobii Monachus, ac meus in Schola Duacensi condiscipulus, poeta nostri temporis non contemnendus, quæ utrum typis data sint, adhuc ignoror. De eius prædicatione plura reperiuntur in vita S. Arnulphi Episcopi Suectionensis, apud Surium Tomo 4. die 15. Augusti. Successit autem in regimine Abbatæ & Episcopatus, S. Hidulpho Duci, & Abbari Lobiensis cœnobii.

Eleuatio Florberti.] siue ut aliis placet Floriberti, cuius elevationis Molanus meminit in addit. ad Vſuardum, & in indic. Sanct. Belgii hac die. Facta est autem anno 975. per Albertum Remorum Pontificem, qui erat ab eius morte 330. Meyerus tamen lib. 2. Annal. Fland. ad annum 975. elevationem hanc factam ait pridie calendas Octobris. Sequimur autem hoc in parte Molanum, qui rerum gestarum Sanctorum Belgii fuit personalis, & diligenterissimus scrutator, & scriptor, ut ipsi uidimus oculis nostris, cum ad Monasterium nostrum Oudemburgense accessit, res gestas S. Arnulphi Episcopi, fundatoris nostri, notatus.

## DVODECIMO CAL. MAI.

**S**Conauæ depositio Sanctæ Hildegundis virginis, Ordinis Cisterciensis, qua simulata sexu, in Monasterio viuens, a Fratribus Ioseph appellabatur. Eodem die in Erfordia, translatio, Sancti Adelaij, primi, & ultimi Erfordensis Episcopi, & martyris, discipuli Sancti Bonifacij Moguntini Archiepiscopi & martyris: qui post multos in prædicando perpessos labores, Martyrio clarus euolauit ad coelum, simul cum suo magistro & quinquaginta tribus socijs Monachis.

## APRILIS 20.

**H**ildegundis] Huius meminit Molanus in addit. & annot. ad Vſuardum, hac die. Eius uitam Cæfarius Monachus Heisterbencis, Ordinis Cisterciensis, illustrium suorum miraculorum lib. 1. cap. 40. diffusè descripsit. Migravit a seculo anno Domini 1188. Feria quarta hebdomadæ Paschalis. Sepulta autem est in Sconauæ cœnobia, ad cuius sepulchrum huiusmodi est inscriptio apposita.

Omnis homo miretur, homo quid fecerit iste,  
Hæc, cuius fossa cineres inclusit & ossa,

Mas

Mas vintens paret, moriens sed sc̄mina claret,  
Vita sefellit, morsque refellit rem simulatam,  
Hildegunt dicit, uitæ est in codice scripta.  
Maij bissexus est hæc defuncta Calendis.

*Trittemius in Chron. hirs. tale de ea testimonium adserit. Sancta Hildegundis Ordinis Cisterciensis in Monasterio Schonaugensi anno 1188. obiit duodecimo calendas Maii: quæ simulato sexu, masculum se fingens inter Monachos ibidem nouiciatus habitum suscepit, ac mutato nomine se Iosephum appellauit: & usque ad mortem incognita permanxit. Huius vitam Cælarius Monachus Heisterbachus conscripsit. Hæc Trittemius.*

*Translatio Sancti Adelarii. Fuit Monachus Muschella in Anglia, & Erfordensis in Thuringia, primus & ultimus Episcopus, martyrio coronatus ut patet anno Domini 754. simul cum Sancto Bonifacio magistro suo. Martyrij eius solennitas agitur die 5. Junij. Translatio uero hac die, ut auctor est Petrus Cratepolius de Episcopis Germanie. Corrigendum ergo uenit Trittemius, qui hac die passum scribit, de vir. illust. Ordin. S. Benedic. lib. 3. cap. 175. & lib. 4. cap. 183.*

## V N D E C I M O C A L . M A I I .

**C**antuariæ in Anglia, Sancti Anselmi Archiepiscopi & confessoris, sanctitate & doctrina conspicui. Apud Leodium, in Ecclesia Sancti Laurentii, Sancti Vuolbodenonis Episcopi piissimi. His ueterum Episcoporum æmulatus sanctimoniam, tanto ardore oratione traditur, ut continua poplitum flexione, genibus obduxerit callus frigoris, uigilie, inediæ, adeo patiens, ut alpera sæpè hyeme, nudis pedibus in templis pernoctaret. Eodem die, translatio Sanctæ Emereldensis virginis Sanctimonialis. Veronæ, Sanctarum Libere & Faustinæ Sororum, & virginum Sanctimonialium.

A P R I L I S 21.

**A**nselmi] De eo Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. & annot. ad Vuardum, Galesnius, Felici, & alijs hac die. Huins res gestas conscripsit Edinerus eius coniector, quas retulit Surius Tomo 2. Emundus item Cantuariensis Monachus, addito & alio libello de discordia eius inter Regem Henricum, ut refert Henricus de Gandano de script. Eccles. cap. 7. Petrus, in Catalogo lib. 6. cap. 56. Vincentius Belvacensis in Speculo, lib. 25. a capite 67. inclusuè, ad 82. exclusuè. Polydorus Vag. in Hist. Angl. lib. 10. & 11. fere per totum. Trittemius de vir. ill. Ordin. S. Benedic. lib. 2. cap. 101. ubi eius scripta recenset, lib. 3. cap. 327. & lib. 4. cap. 122. & libro de scriptoribus Ecclesiasticis. Siebertus de Eccles. script. cap.

cap. 169. Henricus de Gandaio cap. 5. Sixtus Senensis in Bibliotheca Sanctorum lib. 4. alij que innumeris Fuit ut quibusdam placet Italus Longobardus, aut ut alijs scribunt Burgundus; nonnulli tamen ciuitate Augusta ortum assertunt; Monachus primum Prior, & Abbas Monasterij Beccensis in Normandia, deinde Archiepiscopus 35. Cantuariensis: quo munere functus est annis 16. migravitque a seculo anno 1109. die Louis Sancto, aetatis sue 76. Interfuit conciliis, Romano, & Barense. Extant ad eum Epistole nonnullae S. Paschalis Papae II. & eiusdem responsa ad Papam. Pater eius Gundulphus, sit Monachus sub eo in eodem canobio Beccensi. Res quas fecit, & opera, retulimus in ramis huius Arboris. Matthaeus Vueltmonasteriensis in flor. hist. ad an. 1109. migrasse refert die septimo calendas Maij.

Vvolboldonis] De eodem Molanus: addit. ad Vsjardum hac die: Cuius vitam, eodem referente, scripsit Reinerus Monachus ad Sanctum Laurentium, quæ ibidem reperitur MS. Eius & meminit Jacob. Meyenius in Annal. Fland. lib. 2. ad annum 1020. quo ex hac vita discessit. Catalogus item Episcoporum Leodiensium, & Demochares de sacrif. Missæ, Tomo 2. cap. 37. a quibus numeratur 48. Tungrensis, & 19. Leodiensis Episcopus. Erat filius Godofridi Duxis Montani, Monachus primum Stabulensis, dein Decanus Traiectensis, postmodum Episcopus. Fuitque, vi serunt, statura Gygantea.

Ermelendis] De hac, translatione agit Molanus, hac die, in indiculo Sanctorum Belgij. Natalis eius die 29. Octobris, ubi de ea agemus.

Liberæ & Faustinae] Antiqua monumenta San. Ver. de ipsis agunt hac die. Putotament translatione earum esse. Natalis enim incidit in diem 18. Januarij.

#### DECIMO CAL. MAI.

IN cœnobio Sancti Nicolai de Brauuiler in comitatu Palatinæ Rheni, depositio Sancti Vuolphelmi Abbatis, doctrina, & Sanctitate conspicui. In Britannia minori, apud ciuitatem Sagensem, Sanctæ Opportunæ virginis & Abbatis, multarom Sanctimonialium mattis.

#### APRILIS 22.

VVolphelmi] De quo Molanus in addit. ad Vsjardum, & Felici bac die. Eius uitam breuiter recenset F. Petrus Cratepol. de Episcopus Germanie. Monachus primo fuit in cœnobia S. Maximini Treuiris: postea Abbas Gladebacensis, a qua ad Abbatiam Brauuilerensem translatus, in eadem obiit anno 1069. Felici habet anno 1091. sed mendosus. Res eius gestas recensuit Cunradus Monachus Bruuilerensis, relatas

tas a Surio in Tom. 2. de Sanctis. Sancta Berta Soror S. Vuolphelmi scripsit uitam S. Adelheidis prima Abbatissæ Vileensis.

Oportunæ] De hac item Felici & Molanus in addit. ad Usuardum hac die. Cuius uitam compositus S. Adelelinus Sagiensis Episcopus & Monachus, quam refert Surius Tomo 2. hac die. Fuit hæc Soror S. Godegrani Episcopi Sagiensis 11. & martyris, & Sanctimonialis, deinde Abbatisa cœnobij Monasterioli in saltu Algiae iuxta Salm Vibem: Floruit tempore Ludouici Regis Germania, quiescitque in oppido Montiaco.

NONO CAL. MAI.

**I**N Prusia, Natalis Sancti Adalberti, secundi Pragensis Episcopi, & martyris, qui Polonis, Boiemis, & Hungaros Euangeliū predicauit. Hic cum Prusis & Liuonibus etiam fidem Christi annuntiaret, ab eorum Pontificibus deinde Diuina celebraret sepius confosus, ac plures scissus ictibus que quassatus, ab eis tandem occisus est, ac capite truncatus, cuius corpus in arbore suspensum, Aquila per triduum custodiuit, donec membra scissa, per hospitem Sancti Viri in sportam collecta, iuxta locum martyrij in terra absconsa sunt. Ipsa die Sanctæ Pusinnæ Virginis, Sanctimonialis Monasterij Sancti Mauriti.

APRILIS 23.

**A** Dalberti] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Beda, Ado, Molanus item die, & sequenti. Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 87. quem tamen paucum affirmat die 7. cal. Maij, sed arbitror mendum esse in impressione. Trittemius de vir. ill. Ord. S. Bened. lib. 3. cap. 228. & lib. 4. cap. 206. Eius vitam ab eius amico & Monacho fideliter conscriptam, habet Surius Tomo 2. Martyrium eius referunt & Mathias de Michouia in Chronico Polonorum lib. 2. cap. 8. Martinus Cromerus lib. 3. in Boleslao. I. Reg. Antonius Bonfinius, de rebus Hungaricis lib. 1. decadas 2. Statim in principio. Aeneas Silvius, qui post Pius Papa II. in his. Boiemica cap. 16. & Ioannes Dubrauius Episcopus Olomuzensis in his. Boiem. lib. 6. circa medium. Fuit autem Adalbertus Slavici, & Stresilana, comitum Liberca filius, Voytichius, qui interpretatur Exercituum consolator, in Baptismo vocatus; qui a parentibus ad Adalbertum Magdeburgensem Archiepiscopum, ut ab eo erudiretur, missus, in cœnobia Magdeburgensi vitam profectus Monasticam, ab Episcopo, Adalbertus vocatus est: postea defunctus Dithmaro, primo Pragensi Archiepiscopo & Monacho, eidem succedit anno 981. Pulsus deinde, ac Romanam profectus, in cœnobio S. Alexij, fine ut Trittemio, & vita ipsius scriptori placet, S. Bonifacij, una cum S. Gau-

dentio,

dentio, vti & confirmat Leo Ostiensis in Chron. Caf. lib. 2. cap. 17. per se-  
pem annos in Monastica obseruantia sub Leone Abate, permanxit, &  
tandem martyrio coronatus occubuit, anno 997. Vide plura de eodem in  
notis R. Baronij: & in tertio huius Arboris ramo, ubi de eius prædicatio-  
ne egimus.

Pulinnæ virg.] De qua Molanus in addit. ad Vñuardum, hac die. Fuit  
Soror S. Lutrudis virginis, de qua agitur die 22. Septembri, & Monialis  
S. Mauritij Corbeiæ.

## OCTAVO CAL. MAI.

**I**N Anglia, depositio Sancti Melliti Episcopi qui a Sancto Grego-  
tio in Angliam missus, Orientales Saxones, & Regem iporum  
ad fidem conuerit. In Hibernia, Sancti Egberti Presbyteri Mona-  
chi, & confessoris, admirandæ humilitatis, & continentiae uiri. Ble-  
sis, Sancti Deodati Abbatis, & Leuitæ. Remis ciuitate, Sanctarum  
virginum Bonæ, & Dodæ. In territorio Aruernensi, depositio San-  
cti Roberti, primi Abbatis Casæ Dei, & confessoris. Eodem die in  
cenobio Vverdensi, Eleuatio Sancti Ludgeri Episcopi, & confessio-  
nis. Ipsi die, Sanctæ Coronæ virginis Sanctimonialis.

APRILIS 24.<sup>3</sup>

**M**elliti] De eo Mart. Rom. cum Baronio; Beda, Vñuardus, Ado, Ga-  
lesinus, Maurolycus, Felici, & alijs, hac die. Vitam eius ex Beda  
lib. 1. cap. 29. hiſt. Engl. adfert Surius Tomo 2. qui Beda pluribus alijs in  
locis eiusdem hiſt. eius meminit; Gregorius item in Epistolis, lib. 9. Epist.  
48. § 6. & 71. & Ioannes Diaconus in vita S. Gregorij, lib. 1. cap. 31.  
Trittemius de uir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 56. & lib. 4. cap. 50. qui reponit  
eum die 9. calendas Martij, cum Beda. & Polydorus Virg. hiſt. Engl. lib.  
4. quem Miletum appellat. Ex Monacho S. Andreæ Roma factus est pri-  
vatus Londoniensis Episcopus, ac deinde tertius Cantuariensis Archipræ-  
fatu migravit e uita anno 624. regiminiſ ſui, quinto.

Regem iſlorum] Iſ ſuit Sibertus, tertius Orientalium Saxonum Rex,  
Sancto Mellito baptizatus.

Egberti] De quo Mart. Rom. cum Baronio; Molanus in addit. ad  
Vñuardum, & Galesinus, hac die. Res eius gestas recenſet Beda, lib. 3. hiſt.  
Engl. cap. 4. & 27. lib. 4. cap. 3. & lib. 5. cap. 10. & 23. Trittemius de uir.  
ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 130. Fuit Monachus & Abbas Monasterio-  
rum S. Columbani, migravit anno 728.

Deodati] Eius meminit Molanus in addit. ad Vñuardum, hac die: sed  
tempus retinet.

Bonæ & Dodæ] De iſdem & Martyrol. Roman. cum Baronio,

KK Mo-

*Molanus, Galeſinius, & Felici, hac item die.*

*Robertij] Memoriam eius agunt Molanus in addit. ad Vſuardum, & Felici, hac die. Maurolycus item, sed eum cum Rober. o Abbate Molſmensi confundit, correſtione igitur indiget. Res eius gestas refert Surius Tomo 2. hac die. Floruit anno Domini 1040,*

*Eleuatio Ludgeri] De hac eleuatione agit Molanus in indic. SS. Belgij, hac die.*

*Corona] De hac item Molanus in addit. ad Vſuardum, & Galeſinius, hac die. Fuisse autem ſanctimoniale Ordinis noſtri, Martyrologia Benedictinorum a quibus accepiffe ſe fatetur Galeſinius, produnt: quo re-ro vixerit tempore non liquet.*

SEPTIMO CAL. MATI.

**R**oma, Litaniæ Maiores ad Sanctum Petrum, ex institutione S. Gregorij primi Papæ. Laubijs, Natalis Sancti Ermini, Epifcopi & confessoris. Baioci, Sancti Marcolphi Abbatis. In Hispanijs, de- positiō Sanctæ Tarasie Reginæ, filiæ quondam Veremundi secundi Regis Castellæ, quæ a Fratre, inuita quamuis, Abdallæ Saraceno- rum Toletum Regi nuptum data, miraculosè ab eo inacta relata in Monasterio Sancti Pelagii Oueti vitæ reliquum in virginitate traduxit, bonisque operibus plena migravit in cœlum. Cluniaci ebitus Beati Hermanni Monachi, & marchionis Zeringensis, qui uxore, & unico filio pro amore Christi relictis, uitam Angelicam in terris dicens, verè Monachus migravit ad Dominum.

APRILIS 25.

**L**itaniæ maiores] De his agunt quotquot Martyrologia scriptæ, & alij infinitibac die; de quibus fuscè satis egimus in tractatu de S. Gregorio Papa in primi ramū huīus Arboris explicacione: quas ideo hic reinducimus, quod a summo Pontifice Monacho Ordinis S. Benedicti sint instituta.

*Ermini] ſine ut alij legunt Hermini, cuius meminit Molanus in addit. ad Vſuardum, hac die: item & in indiculo Sanctorum Belgij, ubi cit eius acta Laubijs, ſine Lobijs apud Binchium reperiri. Trittemius a vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. c. 160. & lib. 4. c. 180. a quo utrobique Heminus uocatur, in Littera, in duobus uero, commutatis. Successit S. Vifredo anno 713. in regimine Abbatie & Episcopatus, ut annotat Merga lib. 1. Annal. Flandrie.*

*Marcolphi] ſine Marculphi. Huīus Natalem hac die annotat Tri- temius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 54. fuit autem, ut Trittemius videt, Abbas Baiocassinus, sed Nantuum in agro Constantino, originem tamen Baiocassinæ. De eo agit & Robertus Cœnalis de re Gallica lib.*

*ibidem 4. floruit sub Childeberto Rege. Vincentius in Speculo lib. 22. ca. 11.  
de eodem agit.*

Tarasia] *Eius Natalem assignat hac eadem die Ambrosius de Morales in hist. Hisp. lib. 17. cap. 48. qui & capitibus 23. 38. 39. & 48. eiusdem res eius gestas comprehendit. Agit & de ea Vaseus in Chronico ad annum 983. & alij Hispanici scriptores. Obiit anno Domini 1039. Sepulta Ovieti, cum hoc Epitaphio.*

*En quam cernis cauea saxa tegit compago sacra.*

*Hic dilecta Deo recubans Tarasia Deo dicata, proles Beremundi Regis, & Geloymæ Reginæ, genere orta clara, parentatu clarior, & merito. Vitam duxit præclaram, ut continet norma. Hanc imitare velis, si bonus esse cupis. Vel si.... obiit sub die 7. Kal. Magij Feria 4.  
hora mediae noctis. Era M. LXXVII. Post peracta ætate,  
seculi porrecta per ordinem mundi sexta. Da Christe  
quaeso ueniam. Parce præcor. Amen.*

Hermannii Monachi] *Cuius obitus hac die notatur a Bertholdo in ap-*  
*pend. ad Contractum, quem anno Domini 1074 obiisse refert.*

SEXTO CAL. MAI.

**I**n monasterio Centula, Sancti Richarii Abbatis, & confessoris, in pauperes singulariter munifici. Apud Legiæ, Sæpti Floriberti Epi- scopi eiusdem loci, & confessoris. Camalduli, depositio, Sancti Petri cognomento Teutonici, qui Pij secundi Papæ animam tribus diadematibus redimitam, longe ipse positus, per Angelorum manus ad celos deferri uidit. Senis depositio Beatae Aldobrandeæ, Sanctimonialis tertij Ordinis Humiliatorum, admirande sanctitatis & patientiae feminæ. Hæc ex nobili Ponziorum genere nata, & Bindoni Bellanti iuueni nobilissimo matrimonio copulata, exemplo Annae Prophetissæ, in perpetua virginitate cum viro suo permanuit, quo mortuo, habitum Sanctæ Religionis assumens de manibus R.P.F. Accursij Tolomei, tanta Religione uixit, ut & in uita, & post mortem multis miraculis claruerit.

APRILIS 26.

R Icharij] *De quo Mart. Rom. cum Baronio, Usuardus, Galesinus, Maurolycus qui Riarii corruptè legit, Felici, & alij, hac die. Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 90. & Vincentius in Speculo lib. 23. c. 96. & 97. res eius gestas breuiter recensent. Trittemius item de vir. illu. Ordin. S. Benedicti. lib. 3. cap. 295. Vitam eius ab Alcuino Abbe conscriptam, ad serm. Surius Tomo 2. hac die. Vixit temporibus Dagobertis Regis circa*

KK 2 annum

<sup>a</sup>nnum Domini 640. fuitque Abbas Centule in agro Pontino.

Floriberti] De eo Molanus in addit. ad Vuard. hac die. Tabula Ladienses Natalem eius die precedentem reponunt, a quibus, & a Demochare de Sacrif. Missæ Tomo 2. cap. 37. notatur 31. Tungrensis, secundus urb Legiensis seu, ut nunc dicunt, Leodiensis, Episcopus. Filius erat S. Huberti predecessoris sui, Abbasq; Stabulanus, creatus secundum Democharem anno 731. & mortuus 745. Tabula vero Legiensis creationem eius reportant anno 727. & mortem anno 745.

Petri] Tabula Camaldulenses natalem eius hac die annotant. Vitam eius scriptit D. Augustinus Florent. in hist. Camald. parte 1. lib. 2. cap. 71. Obiit anno 1473. atatis sue anno 98.

Aldobrandesche] De qua Siluanus Razzi Florentinus, Monachus Camaldulensis, qui eius vitam a R.P.F. Gregorio latine conscriptam, deferit, in libro de vitis SS. Eboriarum, hac die. Nata est Senis anno 1143. die 28. Februarii: obiit vero anno 1310. hac die, & postridie, id est 29. Aprilis in Ecclesia S. Thomæ RR. PP. Ordinis Humiliaterum digno honore sepulta est, sub Altari S. Marie. Eleuata autem anno 1489. determinante Nouembri, cum multa miraculorum attestacione.

#### QVINTO CAL. MAI.

IN cœnobio Heidemhemensi iuxta Eistadium in Germania, de positio Sanctæ Valburgis virginis & Abbatisse, Sororis Sanctorum Vuillebaldi, & Vunebaldi, ex cuius corpore oleum in subtilem argenteum vas miraculosè defluit, quod multis graubus mœbris medetur. Nouomi, translatio Sanctæ Godebertæ virginis & sanctimonialis.

#### APRILIS 27.

Valburgis] Hac die defunctam afferit Trittemius de vir. ill. Ord. S. Benet. lib. 3. c. 250. attamen solenitatem peragi die primo Maii, quando eius facta est translatio, ibi ergo de ea plenius agemus.

Godebertæ] Hanc translationem factam refert Demochares Tomo 2. cap. 15. de Sacrif. Missæ, anno 1167. hac die, per Balduinum Episcopum Noviomensem, ab Altari, S. Georgij, ad Ecclesiam S. Mariae Virginis.

#### QVARTO CAL. MAI.

Lodij translatio Sancti Lamberti Episcopi, & martyris. Eodie, Duaci, Eleuatio S. Amati Archiepiloci Senonensis, & confessoris. Ad hanc elevationem sacri corporis, quod perdidera. Secundus reddidit multis, sanitatem uidelicet ægrotis, lumen & auxilium cœcis & surdis, inde uero uiri prius cōfracti redierunt nimis exultantes.

exultantes, uestigia pedum admirantes. Spiræ, translatio Sancti Guidonis primi Abbatis Pomposiæ, per Henricum Imperatorem facta, qui in Ecclesia collegiata nomini eius dedicata corpus honori sicè recondidit.

## APRILIS 28.

**T**ranslatio Lambertij] *Huius translationis meminit Molanus in addit. ad Vsiardum, & in indiculo sanctorum Belgij, hac die.*  
*Eleuatio Amati] De hac elevatione idem Molan. locis citatis hac die.*  
*Translatio Guidonis] Translationem præsentem reponit hac die Trittemius de vir. ill. Ordin. S. Bene. lib. 3. cap. 317. De eo plenius egimus ultimo Martij.*

## TERTIO CAL. MAI.

**I**n cœnobio Cluniacensi, depositio Sancti Hugonis Abbatis, qui in natione Eduensis, generosis parætibus illustris, sed prærogatiua uitæ, pariter & uirtutum titulis illustrior fuit: Leprosum, & paraliticum sanauit, & puerum defunctum, uitæ restituit. In Monasterio Molismensi, Sancti Roberti, primi Cistertii Abbatis, qui Cisterciensis Ordinis, diuina largiente gratia auctor, in Religiosa uita floruit, celesti uirtute, & miraculorum magnitudine. Dononii, iuxta Valentianas festivitas Sanctæ Auæ Virginis, secundæ eius loci Abbatisse. In cœnobio Fontaneti in Gallia, Sancti Mariani Monachi depositio, qui fuit discipulus Sancti Mamertini Abbatis Antisiodorensis.

## APRILIS 29.

**H**ugonis] *De hoc Mart. Rom. cum Baronio: Molanus in addit. ad Vsiardum, Galesnius, Maurolycus, Felici, Calendarium, & Chronicon Cluniacense, & alijs, hac die. Vitam eius habet Surius Tomo 2. ab Hugo-ve Monacho descriptam. Res item eius gestas postheris reliquit Dominus Hilbertus Cœnomanensis Episcopus, Hugonis discipulus, & Monachus Cluniacensis. Scripserunt eandem referente Molano, Gilo, & Reinaldus Abbas. Trittemius de vir. ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 328. agit de eodem: Petrus in Catalogo lib. 6. cap. 58. qui corrigendus est attamen, dicit enim obisse tertio nonas Iuli, sed forsitan mendosus est liber. Vincentius in speculo lib. 26. capitibus 3. 4. 5. 6. 7. 8. & 9. Chronicon Cluniacense MS. quod apud me est præclara eius facta insigniter & fusè prosequitur. Discipulos habuit egregios, inter quos fuere Gregorius VII. & Urbanus II. Pontifices Romani, & multi præterea alii Episcopi & Sanctæ Ecclesie Prelati. Ecclesiam Cluniacensem diuina admonitus reuelatione, totam Orbi admirandam spatio uigintiquinque annorum opere mirifice*

KK 3 comple-

compleuit, in modum uidelicet Crucis Patriarchalis; de qua ædificatione sequentes reperiuntur uerbi.

Petrus cum Paulo, prothomartyr Stephanus, ægro

Astant Gonzoni, dicentes huic morienti.

Gonzo, surge cito, sta sanus, nuncius ito,

Abbatis nostrum mandarum ferre memento.

Dic faciat templum, quo tantus grex Monachorum,

Gaudet assiduo modulamine pfallere Christo.

Gonz beatorum retinens mandata priorum,

Ex his nil celat, Hugoni cuncta reuelat.

Verbis Gonzonis, deuotio credit Hugonis.

Hoc igitur fundo, toti mirabile mundo

Aedificat templum, largum, sublime, uenustum,

Iste Pater Sanctus, quo non est sanctior ullus.

Fundat opus uirtute Dei, non arte uirili.

Fama loci tanti, quæ mox diffusa per orbem

Ad se cunctorum, trahit affectus populorum.

*Fuit autem Abbas eius loci sextus, creatus anno 1049. obiitque anno 1109. regiminis sui 60. De Abbatibus Cluniacensibus, a primo usque ad hunc Hugonem facti referuntur hi uerbi.*

Ordine Berno prius, stat honorbeatior Odo.

Post fuit Aymardus, Maiolus forma uirorum.

Igneus ardenter uix cohibens animum,

Surgit ab his Sanctus, sacer Odilo misitus ab oris.

Mitior ingenio, quam ferus imperio.

Proximus Hugo uenis, discrecis usus habenis,

Oidine posterior, utilitate prior.

Robertus] *De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & alii omnes supradicti, hac die. Vitam eius retulit Surius Tomo 2. de Sanctis, quam describit curauerat Odo Abbas Molismensis. De eo agunt & Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 102. & Vincentius in Speculo lib. 25. cap. 94. & 95. Volaterninus lib. 20. & alii innumerari. De eodem eginus supra in fundatoribus ordinum. Obiit atatis anno 83.*

Aux] *De eadem Molanus in addit. ad Vñardum, & in indic. Sancti Belgii, hac die. Fuit filia S. Aldeberti Comitis Austrorundie, & S. Regis neptis Pipini Regis; sororque Sanctæ Ragenfredis primæ Abbatisse Noniæ, cui in regimine successit.*

Mariana] *De eodem Petrus in Catalogo lib. 4. cap. 103. hac item die.*

PRIDIE CAL. MAI.

Londoni in Anglia, Sancti Erconuualdi Episcopi & confessoris, qui in actiuia iam degens uita, totis uiribus theorica diligēs, subditis libi plebibus callem veritatis ueibus atque exemplis monstrauit, multisque ornatus virtutibus, migravit ad Christum. Tolosæ, Sancti Eremberti Episcopi, miraculis clari. In Hispania Sancti Petri Monachi & martyris, qui Amatori presbytero & Ludouico, prædicationis Euangelicæ feedere iunctus, ob eam causam compræhensus, in fidei confessione constantissimus, ab Arabibus simul cum eis necatus est. Veronæ, Sancti Guelfardi Eremitæ, admirandæ sanctitatis. In Germania, Monasterio Sancti Martini, depositio Sancti Luitfridi Abbatis, qui ferè triginta annis mundo crucifixus, & soli Deo viuens, in senectute bona, quieuit in pace.

APRILIS 30.

Reconuualdi] De eo Mart. Rom. cum Baronio, Molanus in addit. ad Vuardum, & Galeinius, hac die. Res eius' gestas prosequuntur est Gotzelinus Morinenensis. De eodem agit Beda hist. Angl. lib. 4. c. 6. Trittemius de iis ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 119. & lib. 4. cap. 163. Ex Abbat. factus est Episcopus Londoniensis tertius, circa annum Domini 675. Eius soror fuit S. Edilurga Abbatissa Berchingensis. Eius & memini Polydorus hist. Angl. lib. 4. in principio, & lib. 24. non longe a fine, sed Erchenualdum cum appellat. Obiit, ut uidetur, anno Domini 690.

Eremberti Episcopi] Huins Natalem annotat, hac die, Trittemius de iis ill. Ord. S. Ben. lib. 3. cap. 277. de quo agit & lib. 4. cap. 229. Ex Monacho & Abate Fontanelle, factus est Episcopus Tolosanus.

Petri Monachi] De eodem Mart. Rom. cum Baronio, & Galeinius, hac die. Alphons. in flore SS. Hisp. eius uitam adfert. Martyrij eius gesta describit S. Eulogius in mem. SS. lib. 3. c. 13. item & Ambrosius de Morales hist. Hisp. lib. 14. c. 23. quem die precedentem reponit. Coronæ martyrij acepit era 893. a Christo autem an. 855. sepultus in cœnobio de Melaria.

Guelfardi Eremitæ] Tabulae Veronenses de eodem agunt, hac die; Camaldulenses uero pridie calendas Aprilis. Res eius gestas describit Renendis, & Illustriss. D. Augustinus Valerius Veronensis Episcopus & S.R.E. Cardinalis quas reperire licet in libello de antiquis monumentis SS. Verone. Agit & de eodem Augustinus Florent. in hist. Camald. lib. 3. cap. 16. partis primæ: a quo Gualprandius uocatur. Migravit ex hac uita anno Domini 1127. & in Ecclesia S. Salvatoris sepultus est.

Luitfridi Abbatis.] Hac die obiisse refert Bertoldus Constantiensis in appendice ad Hermannum Contractum, anno Domini 1096.

KX 4 MA.